




Articulus 4 „Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus”

Sicut necessarium est christiano quod credat incarnationem Filii Dei, ita necessarium est quod credat passionem eius et mortem: quia, sicut dicit Gregorius, *nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset*. Hoc autem, scilicet quod Christus pro nobis est mortuus, ita est arduum quod vix potest intellectus noster capere; immo nullo modo cadit in intellectu nostro. Et hoc est quod dicit Apostolus, *Actis*, 13, 41: *opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarraverit vobis*; et *Habacuc*, 1, 5: *opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur*. Tanta est enim gratia Dei et amor ad nos, quod plus ipse fecit nobis quam possumus intelligere.

Non tamen debemus credere quod Christus ita sustinuerit mortem quod deitas mortua sit; sed quod humana natura in ipso mortua sit. Non enim mortuus est secundum quod Deus erat, sed secundum quod homo: et hoc patet per tria exempla.



Articolul 4

„A pățimit sub Ponțiu Pilat, s-a răstignit,
a murit și s-a îngropat”

Așa cum creștinul trebuie să creadă în încarnarea Fiului lui Dumnezeu, tot așa trebuie să creadă în pătimirea și în moartea lui, pentru că, după cum zice Grigore, *nașterea lui nu ne-ar fi fost de folos, dacă nu ar fi servit cauza răscumpărării noastre*¹⁶. Lucrul acesta, însă, adică moartea lui Christos pentru noi, este atât de înalt, încât intelectul nostru abia dacă poate să îl cuprindă; ba mai mult, nu cade deloc în intelectul nostru. Și aceasta înseamnă ceea ce spune Apostolul în *Faptele Apostolilor*, 13, 41: *lucrarea pe care o fac în zilele voastre n-ați crede-o dacă v-ar povesti-o cineva*, și <se spune în> *Habacuc*, 1, 5: *s-a făcut o lucrare în zilele voastre pe care nimeni nu o va crede când i se va povesti*. Căci harul și iubirea lui Dumnezeu față de noi sunt atât de mari, încât el a făcut pentru noi mai mult decât putem noi înțelege.

Cum a murit Christos?

Totuși, nu trebuie să credem despre Christos că s-a supus morții în așa fel încât într-însul a murit divinitatea, ci că în el natura umană a murit. Într-adevăr, nu a murit întrucât era Dumnezeu, ci ca om: iar acest lucru se vede clar prin trei exemple.

Unum est in nobis. Constat enim quod cum homo moritur, in separatione animae a corpore non moritur anima, sed ipsum corpus, seu caro. Sic et in morte Christi non est mortua divinitas, sed natura humana.

Sed si Iudaei non occiderunt divinitatem, videtur quod non magis peccaverunt quam si occidissent unum alium hominem. Ad hoc est dicendum, quod dato quod rex esset indutus una veste, si quis inquinaret vestem illam, tantum reatum incurreret ac si ipsum regem inquinasset. Ideo Iudaei licet non possent Deum interficere, tamen humanam naturam a Christo assumptam occidentes, sunt tantum puniti ac si ipsam divinitatem occidissent.

Item, sicut dictum est superius, Filius Dei est verbum Dei, et Verbum Dei incarnatum est sicut verbum regis scriptum in charta. Si igitur aliquis dilaniaret chartam regis, pro tanto habetur ac si dilaniaret verbum regis. Et ideo tanto habetur peccatum Iudaeorum ac si occidissent Verbum Dei.

Sed quae necessitas ut Verbum Dei pateretur pro nobis? Magna: et potest colligi duplex necessitas. Una est ad remedium contra peccata, alia est ad exemplum quantum ad agenda.

I. Ad remedium quidem, quia contra omnia mala quae incurrimus per peccatum, invenimus remedium per passionem Christi. Incurrimus autem quinque mala.

1. Primo maculam: homo enim cum peccat, deturpat animam suam: quia sicut virtus animae est pulchritudo eius, ita peccatum est macula eius, *Baruch*, 3, 10: *quid est, Israel*,

Primul este în noi. Știm că atunci când omul moare, când se separă sufletul de corp, nu moare sufletul, ci doar corpul sau carnea. Tot așa și la moartea lui Christos, nu a murit divinitatea, ci natura umană.

Dar, chiar dacă iudeii nu au ucis divinitatea, se pare că ei nu au păcătuit mai mult decât în cazul uciderii <oricărui> alt om. La aceasta trebuie spus că, presupunând că un rege ar fi îmbrăcat o haină, iar cineva ar întina acea haină, vinovăția care i s-ar imputa este la fel de mare ca și cum l-ar fi întinat pe regele însuși. Prin urmare, deși iudeii nu puteau să-l ucidă pe Dumnezeu, totuși, ucigând natura umană asumată de Christos, au fost pedepsiți ca și cum ar fi ucis divinitatea¹⁷.

De asemenea, după cum s-a spus mai sus, Fiul lui Dumnezeu este Cuvântul lui Dumnezeu, iar Cuvântul lui Dumnezeu s-a încarnat asemenea cuvântului regelui scris pe o foaie. Așadar, dacă cineva ar rupe foaia regelui, ar fi vinovat, fiindcă e ca și cum ar fi rupt cuvântul regelui. Și de aceea păcatul iudeilor este considerat a fi atât de mare: <fiindcă este> ca și cum ar fi ucis Cuvântul lui Dumnezeu.

De ce a pățimit Christos?

Dar ce nevoie a fost așa încât Cuvântul lui Dumnezeu să fi suferit pentru noi? Una mare, și pot fi <în ea> reunite două aspecte. Primul, drept leac contra păcatelor, iar celălalt, drept model pentru cele ce trebuie pe care trebuie să le facem.

I. Într-adevăr, ca leac, pentru că, împotriva tuturor relelor în care cădem din cauza păcatului, găsim un leac în patima lui Christos. Dar noi cădem în cinci <feluri de> rău.

1. Mai întâi, în urâtenie. Când păcătuiește, omul își desfigurează sufletul, căci, după cum virtutea sufletului este frumusețea lui, tot așa păcatul este urâtenia lui, potrivit cu

quod in terra inimicorum es (...) coinquinatus es cum mortuis? Sed hoc removet passio Christi: nam Christus sua passione fecit balneum in sanguine suo, quo peccatores lavaret, *Apocalipsis*, 1, 5: *lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo*. Lavatur autem anima sanguine Christi in baptismo, quia ex Christi sanguine virtutem habet regenerativam. Et ideo cum aliquis se inquinat per peccatum, facit Christo iniuriam, et magis peccat quam ante, *Hebraeos*, 10, 28-29: *irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit?*

2. Secundo incurrimus offensam Dei. Nam sicut carnalis diligit carnalem pulchritudinem, ita Deus spiritualem, quae est pulchritudo animae. Quando ergo anima per peccatum inquinatur, Deus offenditur, et odio habet peccatorem, *Sapientiae*, 14, 9: *odio sunt Deo impius et impietas eius*. Sed Christi passio hoc removet, qui Deo patri satisfecit pro peccato, pro quo ipse homo satisfacere non poterat; cuius caritas fuit maior et obedientia quam peccatum primi hominis et praevaricatio, *Romanos*, 5, 10: *cum inimici essemus (Deo), reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius*.

3. Tertio incurrimus infirmitatem. Nam homo semel peccando credit postmodum a peccato posse continere; sed totum contrarium accidit: quia per primum peccatum debilitatur, et fit pronior ad peccandum; et peccatum magis

Baruh, 3, 10: ce s-a întâmplat, Israele, de te afli în țara inamicilor (...) și te-ai întinat cu cei morți? Dar patima lui Christos șterge această <întinare>, fiindcă, prin patima sa, Christos a făcut o baie în care să îi spele pe cei păcătoși în sângele său, potrivit cu *Apocalipsa, 1, 5: ne-a spălat de păcatele noastre în sângele său*. Însă sufletul se spală prin sângele lui Christos în botez, pentru că acesta are puterea de regenerare de la sângele lui Christos. Și, de aceea, când cineva se pătează prin păcat, îl jignește pe Christos și păcătuiește mai mult decât înainte, potrivit cu *Evrei, 10, 28-29: dacă cineva face ca legea lui Moise să nu aibă efect, să fie dat la moarte fără nici o milă pe baza mărturiei a doi sau trei martori; cu cât mai mare credeți că va fi pedeapsa ce se cuvine aceluia care va fi călcat în picioare pe Fiul lui Dumnezeu și care va fi considerat că a pângărit sângele testamentului?*

2. În al doilea rând, cădem în ofensa <adusă> lui Dumnezeu. Într-adevăr, după cum omul carnal iubește frumusețea carnală, tot așa Dumnezeu o iubește pe cea spirituală, care este frumusețea sufletului. Așadar, când sufletul se pătează prin păcat, Dumnezeu este ofensat și-l urăște pe cel păcătos, potrivit cu *Cartea Înțelepciunii, 14, 9: nelegiuitul și nelegiuirea lui sunt urâte de Dumnezeu*. Dar patima lui Christos îndepărtează această <ofensă>, el, care i-a adus satisfacție lui Dumnezeu Tatăl pentru păcatul pentru care omul însuși nu îi putuse aduce satisfacție¹⁸. Caritatea și ascultarea lui Christos au fost mai mari decât păcatul și ipocrizia primilor oameni, potrivit cu *Romani, 5, 10: pe când eram dușmani (față de Dumnezeu), am fost reconciliați cu Dumnezeu prin moartea Fiului lui*.

3. În al treilea rând, cădem în slăbiciune. Căci după ce a căzut o dată în păcat, omul crede că mai târziu se poate ține în frâu, dar se întâmplă exact contrarul, căci, prin primul păcat, el este slăbit și devine mai înclinat spre a păcătui, iar păcatul îl va stăpâni mai mult pe om, iar omul, atât